

Fulginiis (XI 5215 vidit Bormann; fragmenta lapidis gemelli XI 5216). — 1) *Eiusdem hominis est titulus Dacicus III 1180 = III S. 7795 mutilus.* — 2) *pe peregrinorum lapis.* — 3) *Sic etiam lapis gemellus; requiritur hastato, intellegitur autem hastatus primus, qui fuit inter centuriones legionis tertius.* — 4) *Piae agnomen legioni septimae Geminae felici datum ostendit titulum Severo esse recentiorem.* — 5) *In titulo Dacico dicitur ex praef. leg. VII Cl. et Adiut.* — 6) *De civitate Foro Flaminii, vicina Fulginiis et fortasse cum re publica Fulginatum aliquo modo coniuncta, (Beloch der ital. Bund p. 23. 111) cf. Bormann C. XI p. 754.* — 7) *Sestertios vicenos nummos, 8) sestertios quaternos nummos.*

2651 Sal. Frebranus T. f. | Quir. Baculus has. | pri. leg. XX.¹

In Dalmatia prope Kistanje ibi ubi fuit Burnum (III 2836 vidit Mommsen).

— 1) *Hastatus primus (cf. Mo. eph. ep. 4 p. 233) legionis vicesimae. Titulus videtur esse antiquior anno 10, quo anno legio vicesima in Germaniam translata est (cf. supra N. 2270 not. 2).*

2652 M. Titio M. f. | Cl. Ti. Barbio | Titiano | decurioni | Emonae, | γ leg. II Adiutric., item leg. X Fretens., | hastato in coh. I¹ | leg. II Traian., | ex cornicular. | pr. pr.², | Lartia Vera filio | piissimo l. d. d. d.

Emonae (Laibach) rep. (III 5346 vidit Mommsen). — 1) *Mommseno (eph. ep. 4 p. 234) videtur fuisse hastatus posterior cohortis primae, nam in hastato primo cohortem non solere enuntiari.* — 2) *Antea militaverat in praetorio, ibique fuerat cornicularius praefecti praetorio.*

2653 (proloque viri librum tenentis) d. m. | T. Fl. Virilis γ leg. II Aug., | γ leg. XX V. v.¹, γ leg. VI Vic., | γ leg. XX V. v.¹, | γ leg. III Aug., | γ leg. III Parth. Sever. | VIII hast. poster.², | vixit annis LXX, | stip. XXXXV, Lollia | Bodicca coniux | et Flavi Victor et | Victorinus filii | heredes ex HS | ICC n.³ faciendum curaver.

Lambaesi (VIII 2877 vidit Wilmanns). — 1) *Nota Virilem bis fuisse centurionem in legione vicesima Valeria victrice, diversis sine dubio temporibus et non eodem gradu.* — 2) *Nonus (sive, ut praefert Mommsen eph. ep. 4 p. 230, nona cohorte) hastatus posterior. Mommsenus (eph. 4 p. 238) putat hunc fuisse centurionatum Virilis primum.* — 3) *Ex sestertiis mille ducentis nummis.*

2654 Sex. Pilonius | Sex. f. Stel. Modestus Benevento, | γ leg. III F. f. III hast. | post.¹, ann. XXXVII, oridine accepit ex | equite Romano², | militavit in leg. | VII C. p. f. et VIII Aug., | XI C. p. f., I Miner. p. f. | stipendis centurionis XVIII, | h. s. e. S. t. t. l.³

Sarmizegetusae in Dacia (III 1480 vidit Mommsen). — 1) *Centurio legionis quartae Flaviae felicitis, tertius hastatus posterior. In hoc centurionatu videtur defunctus esse.* — 2) *Ut fierent centuriones, equites Romani equum publicum redere debebant, cf. Mommsen Staatsr. III p. 504 not. 2.* — 3) *Sit tibi terra levis.*

2655 C. Octavio | Q. fil. Cornel. | Honorato γ | adlecto ex eq. | R.¹ a divo Pio in | leg. II Aug., γ leg. | VII Cl. piae fidel., | γ leg. XVI Flaviae fir., γ leg. X | Gem. p. f. V princ. | posteriori², | Q. Octavius Celsus pater d. d. | s. p. f. itemque dedicavit.